



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Vita P. Ignatii Loiolae, Qui religionem Clericorum
Societatis Iesu instituit**

Ribadeneyra, Pedro de

Coloniæ Agrippinæ, 1602

Magistri Generalis ordinis Prædicatorum de Societate publicum
testimonium XVII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45323

breui venerint, & magnopere ciuitatem illam commouerint. Nam præter eos, qui nostrorum opera & consilio sacrarum Religionum instituta, in nobilissima Academia secuti sunt (quorum magnus est numerus) huic Collegio potissimum, & Complutensi, propagationem nostræ Societatis in Hispania, acceptam ferre debemus.

MAGISTRI GENERALIS ORDINIS PRÆDICATORUM DE SOCIETATE PUBLICA
CUM TESTIMONIUM.

CAPUT XVII.

Sed illud minimè prætereundum videtur, quod occasione hui^o Collegij factum est. Nam cùm vir gravissimus, atque doctissimus Franciscus Romæus, Ordinis Prædicatorum Magister Generalis, ex sua familia in Ecclesia Christi sanctitate, doctrina numero, fructuq; clarissima, esse aliquot intellectisset, qui Salmanticæ nostri in statu ignorantie homines publicè hortarentur, ut suspectam haberent nouitatem, ac noscios vitarent, eos ut errore liberaret, omnesq; qui ad ei^o obedientiam pertinebant, cautores redderet: patentes literas Ignatio dedit, qui.

quibus, si opus esset, vteretur: in quib⁹ & Societatem præclarè sua autoritate commendat, & suis, vt eam comple-
stantur, nostrosque commilitonum loco habeat, grauissimè præcipit. Qua-
rum literarum exemplum, vt magis pa-
teat, quantum optimi viri memorie
debeamus, & sanctissimæ eius religio-
ni, idque persoluere studeamus, hoc
loco duximus adscribendum.

Vniversis in Christo venerabilibus Patribus, & fratribus Ordinis Pre-
dicatorum, ubique terrarum consti-
tutis Frater Franciscus Romæus è Castillo-
ne, sacre Theologie professor, ac totius dicti
Ordinis humilis Generalis Magister, & ser-
uum salutem, & Spiritus sancti consolationē.
Pateat vobis, qualiter hoc calamitoso tempo-
re, quo religio Christiana Hereticorum telis
impeditur, malorumque Christianorum per-
uersis morib⁹ labefactatur, nouis ordo Pres-
byterorum regularium sub titulo nominis
IESV de urbe, quasi præsidaria manu, Dei
benignitate submissus est: quem ob ingenies
fructus, quos lectionibus, & concionibus pu-
blicis, priuatorum adhortationibus, confessio-
num audiencia, ceterisque sacris exercitijs,
ac sanctorum morum exemplis in Ecclesia
facit, Sanctissimus in Christo Pater, & Da-
minus

minus noster Paulus Papa III. approba-
vit, & confirmavit. Quod ideo vobis signi-
ficatum voluimus, ne huic instituti no-
vitate seductus quispiam vestrum, commi-
tentes suos ad eundem scopum tendentes,
& a Deo sibi suppetias missos, per errorem
fortassis oppugnet, eorumque detrahatur in-
stituta, quorum fructibus gratulari, & pi-
os ultus emutari debuerat. Credimus
quidem vos omnes, utpote cœlesti sponsi
dilectos, & amicos, varietati, qua
sponsa illius amicitur, non detracturos: sed
eam potius caritatem, que congaudet veri-
tati, complexurus & exosculaturos. Atta-
men ne officio nostro desimus, omnesque
motus preueniamus, vobis omnibus, &
singulis prefatis Fratribus presentium ce-
nore mandamus, & autoritate nostri of-
ficij in virtute Spiritus Sancti & Sancte
obedientie, ac sub pœnis arbitrio nostro
taxandis, precipimus, ne dicto ordini per
Apostolicam Sedem approbato, & confir-
mato, aut eius institutisullo modo detra-
here, aut de eo obloqui audieatis, tam in
publicis lectionibus, sermonibus, & con-
gresibus, quam in priuatis vestris collo-
quies quin potius eum, Presbyteros eius,
tanquam vestros commilitones, innare,
& contra impugnantes praiegere, & tueri
studeatis. In quorum fidem, & robur, has
herit,

O

313 VITAE IGNATII

feri. & nostri officij sigillo muniri ius-
tus Datum Romæ decima Decembris an-
no millesimo quingentesimo quadragesimo
octavo.

Frater Franciscus Romæus, Magister
Ordinis Prædicatorum, assumptionis
nostræ anno III. &c.

Haec tenus ille, cui^o in Societatem
animi propensionem, ac bene-
volentiā, decimo septimo post
anno, vniuersus diui Francisci Mino-
rum ordo de obseruantia, Ecclesia &
ipse lumē, ac ornamenti, insigni cha-
ritate imitatus est: cū in generali con-
uentu Vallisoleti anno 1565. habito,
inter alia præclara de creta, hoc quoq;
de nobis adiecit:

Preterea, cūm Ordo noster Fratru-
m Minorum existat, atque in humili-
tate præcipua & caritate fundatus,
usuerunt Fratres omnes ubique terrarum
disperst, Religiosos cuiusvis Religionis
cum omni humilitate, & Humanitate
tractare, cum maxime eos, qui de Societate
Iesu fuerint, quos dilige. e & honorare de-
bent, eosque ad actus litterarios, ad Sac-
rorum nostrorum celebrationem, aliosq;
pub

publicos actus, ad quos Religiosi conuenire
solent, cum caritate inuitare, & susciperet
nec eis quisquam nostrum publicè, vel occid-
tè audeat detrahere.

IN VARIAS AFRICAE RE-
giones penetrant nostri.

CAPVT XVIII.

Hoc præterea anno millesimo
quingentesimo quadragesimo
octauo, nostri in interioris, atq[ue]
exterioris Africæ oras penetrauit. Nā
ex Lusitania in Mauritaniam ad Chri-
stianos captiuos redimendos, missi
sunt P. Ioannes Nuguetius, is qui Ace-
thiopiæ Patriarcha postea Goç mortu-
est, & P. Ludouicus Gonzalez à Cam-
era: qui in commissio sibi munere egre-
giam operam posuerunt, magna sua
patientia & vigilantia, nec minori
miserorum hominum salute. Multos
enim labantes in fide confirmarunt:
lapsos reuocarunt: afflitos, ac moe- en-
tes consolati sunt: viros, foeminas, pue-
los, puellas conquisito prelio à crude-
li feruitute redemerūt: suoque officio
diligenter perfuncti, in Lusitaniam re-
uenerunt.

O 2

In